

dicat Incarnata Sapientia; subdit v. 25. à se omnem gratiam emanare, & illam, quam sanctificantem vocant, & illam, quæ auxiliatrix nuncupatur; reliquasque supernaturales virtutes morales: nec non & gratiam veritatis, (ut explicant Lyranus, Hugo, Palacio & alii) quæ est gratia consummata. Nisi velis cum Hugone, & Dionysio explicare gratiam veritatis, id est, doctrinæ; Christus enim viam salutis docuit, & secreta divinitatis refferavit, juxta illud Joan. 1. Plenum gratiæ, & veritatis. Denique ait, emanare ab ipso omnem spem vitæ & virtutis, id est, fiduciam obtinendi ab eo & per eum vitam gratiæ in præsentia, & vitam gloriæ in futuro, atque adeo omnem virtutem infusam. Ita Carensis, Hugo, Janfenius, & alii. Ubi noto, particulam in in illis verbis in me omnis gratia vitæ, &c. posse hic usurpari caulativè ex more sacræ Scripturæ ad Ephes. 1. benedixit nos in Christo, elegit nos in ipso, gratificavit nos in dilecto, id est, per Christum, per ipsum, per dilectum. Genes. 22. benedicentur in semine tuo, id est, per semen tuum. Pl. 76. in manu Moysi, id est, per manum. Vide Cornelium nostrum in Paulum Canone 25. Sic noster Siracides ait, in Incarnata Sapientia esse omnem gratiam, id est, in illa reperi, ut ab ea & per eam ad nos emanet & derivetur. Itaque in Christo dicuntur esse fides, spes, charitas, timor, pietas, & universæ gratiæ, & supernaturalia dona creata, causaliter, quia est causa illorum effectrix secundum divinitatem, & causa meritoria atque instrumentalis secundum humanitatem.

Joan. 1.

Ephes. 1.

Gen. 22.

Pl. 76.

Gloria Beatitudo appellatur Gratia veritatis.

S. August.

2. Reg. 2.6.

S. Hier.

TEXTUS ILLUSTRATIO

De Christo Domino.

SECTIO II.

Christus è Cruce pendens, & in Eucharistia latens, Mater est omnium Virtutum, totius gratiæ, & gloriæ.

Rabanus.

2073 Hoc mihi probant Siracidis verba, quæ versamus. Illa universim sic explicant docti Interpretes. Rabanus Maurus Episc. Moguntinus. Sapientia Dei, quæ est Christus, Mater est pulchræ dilectionis, &

origo omnium virtutum, quia ipsius gratia generantur in cordibus electorum affectus veræ Charitatis, timor salubris, intellectus scientiæ spiritualis, spes vitæ æternæ, & gaudium futuræ; sine eo quoque nihil boni habemus. Consonat rectissimè Dionysius Carthusianus: In Christo secundum assumptam humanitatem fuit gratia plenitudo, & veritas vitæ, doctrinæ, veritasque justitiæ juxta illud, Vidimus eum plenum gratiæ, & veritate. Porro secundum assumptam humanitatem consistit spes nostra in ipso sicut in causa meritoria, instrumentali, & mediatrice. Sic ergo in Christo est omnis spes, id est, plenam habemus fiduciam obtinendi ab eo & per eum vitam gratiæ in præsentia, & vitam gloriæ in futuro. Sic item in ipso est spes virtutis, id est, spem habemus obtinendi ab eo, & per eum omnem virtutem infusam, & profectum in ea. Similiter reliqui expositores. In cujus rei probationem scater innumeris testimoniis sacra Scriptura, quæ & à Theologis in materia de Incarnatione, vel ab elucidatoribus divinarum librorum abundè illustrantur. Unum vel alterum premam.

Dionys. Carth.

2074 Paulus ad Colof. 2. à v. 9. In Christo habitabit omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Quasi dicat: In Christo, uti in capite nostro, omniumque gratiarum origine & principio habitat corporaliter, verè & realiter, & substantialiter per unionem ad animam & corpus, plena & tota divinitas; imò & tota Trinitas in eo est singulari modo; ac consequenter omnis gratia ex unione divinitatis in humanitatem derivata, ita copiosè ut fluvius perennis in ea resideat: Et Christo desago, & se recogio el rio caudaloso de la divinidad, contodas las avenidas de gracia. Quid inde? Et estis in illo repleti: id est, ab eo omnem gratiæ abundè accipitis, per illud ad nos omnia dona supernaturalia promanant.

Ad Colof.

2075 Quod Apostolus perspicuè dixit, Sponsa pronunciauit pulchro Hieroglyphico Cant. 5. 11. Christum describens sponsum: Caput ejus aurum optimum. Hebraicè paz, id est, ductile, quod lentescit, & in bractæas virtutes est ductile. Caput Christi hominis appellat ipsam deitatem, juxta illud Pauli 1. Corint. 11. 3. Caput Christi Deus. Nyssenus Hom. 13. in id Cantorum, putat, sponfam respexisse ad Christum, Hominem deitatem in se recipientem, in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Sed cur deitas in Christo corporaliter existens, auro similis prædicatur? Bellissimè quidem. Ut enim Philo lib. Quis rerum divinarum heres. inter laudes auri multas una est, quòd in tenuissimas bractæas, sine scissura deducitur. Meritò ergo (subdit Philo. ille) majorem naturam significat, quæ diffusa & protensa usquequaque tota per totum plena est, aptissime contexens cetera. Sic deitatis aurum in Christo, & per Christum suas dotes omnibus creaturis communicat, præsertim Angelis & hominibus; quos virtutibus supernaturalibus, gratia sua, & gloria venustos, & splendidos efficit, quasi aurea contexturâ. Sic sumus per Christum deitatis bracteis repleti. Unde Pl. 44. 10. de Ecclesia dicitur: Astiit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Hebraicè, in auro Ophir, vel in vestitu pure aureo. Ita appellat sanctificantis gratiæ & virtutum omnium ornatum, quem à dextris Christi stans Ecclesia; ab illo & per illum obtinuit.

2076 Con-

Joan. 1. 14. Omnes gratiæ à Christo.

Job 1.

Christus in Cruce Mater, quæ nostram peperit salutem immensæ cruciatu.

Cant. 8. 5.

LXX.

Cant. 5. 14. In manibus Christi transfixis omne divinitatis, & gratiarum aurum.

Philo. Carpat.

2076 Consonat Joannes in Evangelio c. 1. 14. Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Plenus dicitur gratiæ, tum habituali, tum unionis ad Verbum, tum etiam eâ, quam gratiam capitis Theologi vocant, quia tamquam caput, gratiam nobis & omnia dona supernaturalia ex ea procedentia, communicavit. Unde subdit Evangelista: Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, id est, omnes & singulas gratias: Todas las gracias una por una. Sic Job 1. dicitur, pellem pro pelle dabit homo pro anima sua: id est, omnes pelles, omnem supellectilem, omnes facultates, todas una por una. Gratia igitur ex unione divinitatis in humanitatem Christi derivata veluti fons quidam in eo residet, ut in nos effluat. Hæc enim plenitudo redundantia in alios, soli Christo est propria; quia solus ipse remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, fidem, & alia quævis supernaturalia dona mereri nobis potuit.

2077 Sed quid est, quod Siracides noster, ut hæc evulgaret, Matrem appellat corporatam Sapientiam? An Sapientia (ait Palacio) cum se vocavit Matrem horum, respexit ad dolores, quibus in Cruce has virtutes parturit, id est, promeruit, ut nobis à Patre concederentur? Ita certè est. In Cruce Christus, à Cruce, & per Crucem suam, quasi piensissima Mater, quasi Mater puerperâ salutem nostram, & omnem gratiam, qua à peccatis liberamur, justis reddimur, & hæredes gloriæ, immenso cruciatu parturit. Hoc illud est, quod Sponfus Jesus aiebat Cant. 8. 5. Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est Mater tua, ibi violata est Genitrix tua. LXX. vertunt: Sub malo excuscitavi te: ibi cum dolore peperit te Mater tua; ibi cum dolore peperit te, quæ genuit te. De Crucis arbore hic sermo est, in qua Christus redemptionem, gratiam, & salutem nostram peperisse dicitur, non absque immensis doloribus, ad instar parturientis puerperæ, ut Titelmanus exponit, & alii multi.

2078 Duo Christi elogia adnexit Salomon Cantic. 5. v. 14. Manus ejus tornatiles aureæ plene hyacinthis: venter ejus eburneus, distinctus sapphiris. Aureas manus Christo tribuit, uti etiam caput aureum tribuerat; aureas quidem, quia à divinitate manant, & quia ab illis non nisi aureæ actiones, per quas deitatis aurum, quasi in tenuissimas bractæas & pulvisculos deducatur, diffundatur, proendantur: Omnia dedit ei Pater in manus. Joan. 13. 3. Tene Christo de su mano todo el oro de la divinidad. Sed quia hæc auri dispensatio è Cruce præsertim resplenduit, manus appellantur non solum aureæ, sed & tornatiles, & plena hyacinthis. Ut enim egregiè Philo Carpathiorum Episcopus: Tunc tornatiles factæ sunt Christi manus, quando is illas extendit in Cruce, quando eæ clavis perforatæ fuerunt, quæ ob Christi divinitatem aureæ dicuntur. Si verò arideat Cassiodori & Tucci mens, existimantium hic manus Christi assimilari flori hyacintho; cum hic flos naturâ ipsâ habeat duas illas litteras inscriptas A. Y. (ut Plinius observat lib. 21. c. 11.) quæ est interfectio dolentis, bellissimè indicabit dolores, quos Christus in Cruce subibat: dolores parturientis ut nostram omnium salutem in lup. P. Ildeph. de Flores in Eccles.

cem ederet. Idcirco Salomon à Crucifixi Jesu manibus ad ejusdem viscera è vestigio transiit: venter ejus eburneus distinctus sapphiris. Ubi Philo Carpat. distinctus sapphiris adornatus ex se progenitis. Quasi uteris Christi tribuatur puerperæ plures ententis filios. Nonne ipse aiebat Isai. 66. 9. Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Nonne Paulus clamabat ad Gal. 4. 19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Quid mirum, si Christo materna viscera tribuantur, dolores, cruciamenta, validus clamor, & lacrymæ parturientis? Sed expende, quibus gemmis similes sint progeniti ab ipso: Sapphiris nimirum; non absque mysterio. Sapphiri enim, auctore Plinio lib. 37. 2. aureis punctis collucet; quæ alii aureas guttas, aureas stillulas, seu aureos pulveres appellant. Certè interlucet in Christi progenitis aurei pulveres, aurea puncta, aureæ guttæ, & stillulæ, mihi sunt dona omnia cælestia & supernaturalia, quæ à Christo Crucifixo emanant in Ecclesiam: aurum enim illud divinitatis, quod præ manibus habet, in tenuissimas has stillulas, aurea puncta, & pulvisculos deduxit, quibus prolem suam intertextuit aptissimè. Vide quanto pretio constiterit tua regeneratio.

Maternus Christi uteris in Cruce Sapphirinus. Philo Carpat. Isai. 69. 9. ad Gal. 4. 19.

Plin.

Christi Crucifixi proles aurea.

2079 De Christo Crucifixo prædixit Isaias 22. 23. Figam illum paxillum in loco fideli; & erit in solium gloriæ domus Patris ejus; & suspendent super eum omnem gloriam domus Patris ejus, vasorum diversa genera &c. Hispana translatio Ferrariensis legit: e hincarlo be como estaca en lugar firme. Sic in monte Calvariæ Christus fixus est, dum Crucis palo suffixus; fortiter firmiter in forte & gradu suo stabilitus est. Quorsum verò? Ut pendeat ab eo vasorum diversa genera. Ex Hebræo legas: stirpes, posteris, progenies, filii & filia. Eos nempe, de quibus idem Vates dixit futuros Christi crucifixi filios c. 53. Si fuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum: id est, numerosam habebit prolem, uti Pater, uti Mater, uti parturientis, parimater futuri sæculi. Cæterum expende signatum, hanc prolem appellari ab Isaiâ omnem gloriam domus Patris ejus. Quæ autem sit tanta hæc gloria in Christi crucifixi filii resplendens, Psalmus canit Pl. 44. Omnis gloria ejus filia Regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus; supple, latet, asseruatur intrinsecus tota Ecclesiæ gloria, in fimbriis aureis. Genebrardus ex Hebræo legit: ex intertextionibus auri. Quod de aurea multiplicium virtutum, & gratiarum textura, ferè omnes explicant sacri Interpretes: De virtutis decore, & variis Spiritus S. gratiis, & gratiarum divisionibus, inquit Theodoretus. Hæc sanè universa Ecclesiæ sibi à Patre accepta per Christum à Crucis indentem, tota quanta est, à Jesu pectus crucifixi, qui aurum deitatis in car spectabat nibus habet transfixis, ut in vram candentes, & filamenta deducat, sribonibus: & Per Eucharistiam novam in Ecclesia tissimè elaboret, ad Eo ardentis, & succ-Saraphinis anis, novi in Eccle- amoris.

Isai. 22. 23;

A Christo Crucifixo pendens omnes fideles, & illorum gratia.

Isai. 53.

Pl. 44.

S. Bern.

De Eucharistia. Ixi, restuantes. Seraphini enim Equæ ardentes, succensi, comminum se Mari amoris incendio. Ut enim ritatis, tornardus Sermon. 19. in Cant. S. S. Bern. psæ Charitas Deus in se adeo traxit.



Christus in Eucharistia Mater omnium gratiarum.

textus: nam subiecit: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum: qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Quod de Eucharistico convivio nonnulli explicant Ecclesiastici Interpretes, & Ecclesiae Doctores, ut & nos infra. Etenim ediderat Christus in lucem, quasi Mater pietissima, numerosam fidulum prolem multis gratiae donis conspicuam: ut verò hæc gratiae dona semel è Cruce progenita educeret, usque ad absolutissimum gloriae incrementum, qui Mater esse voluit, voluit etiam nutrix fieri, & proprio suo nos sanguine & carne lactare; nam filios genuisse, & eos alienis nutricibus lactandos tradere, dimidium Matris genus est, ut loquuntur veteres Philosophi. Cum generaverit filium (ait S. Chrysof. Hom. 1. in Pl. 50. loquens de Matre nobili & locuplete) statim eum tradit foris, & pietatis signa abscondit superbia. Erubescit fieri nutrix quæ facta est Mater: Christus autem non ita. Ipse nutritor & Mater est; ideo & pro cibo propria nos carne pascit, & pro potu suum sanguinem nobis propinat. Similia habet Hom. 60. ad Populum, & Hom. 83. in Matthæum. Igitur jure merito Christus Dominus Matrem se appellat & dum in Cruce nos per gratiam regenerat ac parit; dum in Eucharistia per bonam suæ carnis, & sanguinis gratiam nos educat, & ad incrementum perducit virtutes omnes, & dona supernaturalia, quæ in regeneratione infuderat.

Christus ibi Mater nostra, & nutrix. S. Chryf.

Cant. 7. 2.

2081 Commendat Sponsus Christus suam Ecclesiam Cant. 7. & inter alia illustrissima elogia, illud unum mysterio plenum v. 2. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Pro umbilico Hebraicè est forer, quod significat intestinum illud, quod infanti recens nato præciditur, & in umbilico il ligatur: per illud enim proles in utero matris fugit alimentum; ut notat Arist. lib. 2. Generat. animal. c. 4. Incrementum fetus per umbilicum contingit eodem modo, quo plantis per radices. Unde Chald. illa Cant. verba sic effert; sicut fetus nutritur per umbilicum in utero matris suæ. Idem Arist. ibidem observat nutriti infantem intra matris uterum alimentum sanguinis ex corde atracti, & per venam ad umbilicum fluentis. Vultis scire, quodnam sit vena illa, intestinum seu umbilicus, per quem nutriuntur fideles intra militaris Ecclesiae gremium quasi infantes pueri adhuc inclusi, donec perveniant ad ætatem perfectam, ad mensuram plenitudinis Christi in cælis regnantis? Christus ipse sub Eucharistico poculo delitescens eo fungitur nomine, & munere. Ita Philo Carpat, qui umbilico comparari vult sacerdotium Christi, & crateri calicem Eucharistici sanguinis. Cum enim dicit (ait ille) nunquam carens temperamento, vel mixto, manifestum est de Sacerdotali dignitate intelligi, quæ quidem in tam divino & saluatri sacrificio, & ineffabili Sacramento, nunquam caret vero corpore & sanguine Jesu Christi. Ecce venam divini sanguinis ex corde atracti divino pro fidelium nutrimento, & incremento virtutum, gratiæ & gloriæ. Quod statim luculentius explicat Sponsus subjungens: Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Tuncius transfert; sicut tritici ager septus rosis. Ingens Ecclesiae Christi Sponsæ fertilitas, &

Eucharistia est Ecclesia vena seu umbilicus, per quem nutriuntur fideles. Philo Carpa.

Subinde Eccl. sic facundias eximias.

fecunditas designatur, amplissimaque filiorum soboles, omnigena virtute & gratia, quasi illius, quasi rosis florens. Quod non aliunde Philo Carpat, nisi communiōe inuis Baptismatis, Sacramenti corporis, & sanguinis Jesu, ait Philo ex crateri enim isto Dominicus sanguis effunditur, quo cætus Ecclesiae irrigatur & odoratissimis virtutum floribus abunde picturatur. Ut enim S. Chryf. Hom. 25. in Joan. Hic sanguis pulchritudinem, ac nobilitatem anime, quæ semper irrigat, & nutrit, languescere non sinit.

2082 Isaías cap. 60. exultans & jubilans Ecclesiae congratulatur, & graphicè numerosam ejus prolem prædicit vers. 4. Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; filii tui de longe veniunt; & filia tua de latere surgent. S. Hier. Complutenses, & alii ex Hebraeo vertunt: de latere surgent. Foreritur legit: si deliter tanquam ad latera nutrimentum educantur, ut confirmetur viribus, & crescant. Castro, filia tua ad laus nutrietur, id est, ad ubera. Porro Ecclesiae ubera, quibus fideles lactantur, educantur, & nutriuntur, caro Christi Eucharistica, & sanguis ejus sunt. Surgunt inlar parvulorum, ut in virum perfectum in Christo crescant, & surgant in altum, sicutque admodum proceri; ut Petrus docet 1. Epist. cap. 2. vers. 2. Sicut modo genui infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite; ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustatis quoniam dulcis est Dominus. Quasi dicat: Ideo hoc lacte nutrimur, ut crescamus in salutem, in viros perfectos; ut omnigena virtus, & gratiæ dona educantur & crescant: sicut enim Christus Mater est omnium virtutum, ita etiam carundem nutrix; nutrimentum verò, ejus caro & sanguis est.

2083 Consonat sibi Isaías cap. 66. ro. Le- Ifai. 66. ro tamini cum Jerusalem &c. ut mulgeatis, & delictis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Quia hæc dicit Dominus, &c. Ad ubera potabimini, & super gremia blandientur vobis. In primis reor omnimodam gloriam appellari aliam Eucharistiam, quam Ecclesiae filii surgunt. Nam pro omnimoda est Hebraicè ziz; qua voce Hebraei putant significari arcem magnam, quæ omne genus saporum & gustuum præbeat. Psalm. 49. 11. Pulchritudo agri mecum est, ait Dominus. Hebraicè eadem vox ziz, quam Hieronymus translulit: universitas agri, id est, varia eduliorum genera, & species omnes hominem alentes, gustuique delectabiles. Unde Castrius ad locum Isaiaæ rectè ait: Ab omnimoda gloria ejus, id est, à Christo, qui panis cælestis est, omnimodum præferens saporem, omne delectamentum in se habens: quod verbum Hebraicum significat. Et quidem Eucharistiam vocant Patres gloriam Christi, gloriam Dei. S. Ignatius Epist. 14. S. Ignat. Hieron. in Psalm. 84. Et gloria in medio S. Hieron. Ecclesiae appellatur à Zacha. 2. Ero gloria in medio ejus. Hebraicè cabod, id est, securi, ut notat Montanus, ex quo concoctum commode alimentum, in reliquis corporis partes transfunditur. Rursus, ad ubera portandos Ecclesiae filios, subdit Vates. Eucharistica ubera hæc sunt, quæ omnimoda gloria Dei continet, omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem. Sap. 16. Sap. 16. Hanc universam gloriam fugimus in Eucharistia mensa, hoc suavissimo lacte nutrimur, ut

Philo Carpat.

Isai. 60. 4.

Forer.

Ecclesia ubera ad lictationem Eucharistia.

1. Petri. 2. 2.

Omnimoda gloria Eucharistia.

Pf. 49. 11.

Castrius.

S. Hieron.

Sap. 16.

ut

Omnia gratiam ab Eucharistia fugimus. S. Chryf.

riæ mensa, hoc suavissimo lacte nutrimur, ut in eo crescamus in salutem, in omnem gratiam & gloriam: accedentes enim ad Eucharistiam, quasi lactentes pueri, gratiam Spiritus, ut loquitur S. Chrysof. Hom. 60. ad Populum. Cernis quo jure Christus Dominus sub Eucharistia latitans Matrem se appellaret, & nutricem gratiæ?

Igneus Eucharistia cibus pulchram, & igneam enutrit dilectionem.

Cant. 1. 1.

2084 Ed enimverò, hujus nutricis prolem signatim demonstramus. Primò, Mater pulchra dilectionis est: pulchram in primis dilectionem nutrit humanitatis sanguine, & divinitatis neptare, in quibus ardor divini amoris maximè elucet, & pulcherrima Dei erga nos dilectio. Lacteus cibus est, sed totus dilectione ignitus; quid mirum si interventu igniti lactis amorem in nobis ardentiorē reddat? Audi Sponsæ suspirium Cant. 1. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino. Diximus supra ex Tuccio pro osculetur posse ex Hebraeo reddi, potest me, potum dabit: quod ad Eucharistiam ipse refert; quam per osculum oris Christi hic etiam agnoscunt tres Patres apud Theodoretum, & S. Amb. lib. de Sacramentis c. 2. Certè Hebraea vox nasac, si scribatur cum puncto in sinistro cornu, significat accendere, succendere ignem. Unde reddas: Succendat me, ignem accendat in me osculo oris sui. Ignem in se divini amoris accendat succendi. Ut enim ad hæc verba S. Gregorius, dum suam præsentiam exhibet, Deus, eam ad majus dilectionis osculum accendit. Subdit sponsa causam, cur tantopere expetierit Eucharisticum osculum, & per illud ignem divini amoris: quia meliora sunt ubera tua vino. Hebraicè, amores tui vinum bonitate superant. Quasi ubera & amores idem sint. Ita planè: quia uberum nomine & munere, altaris Sacramentum Theodoretus & tres apud illum Patres pulchrè intelligunt ineffabiles illius altaris fontes, ex quibus nos pietatis alumni nutrimur. Fontes quidem lactis & amoris; dum enim eo lacte potat nos Christus, amore inebriat vino quovis generoso ardentiore; igne nos nutrit pulchre dilectionis, ut pulchrior in nobis crescat dilectio. Ideo à Chrysofostomo Hom. de S. Philog. Eucharistia vocatur mensa plena spiritali igne, mensa exundans arcanam flammam.

pwi

Greg.

Theodor.

S. Chryf.

Cant. 2. 3.

Eucharistia umbra Christi.

2085 Verba ejusdem Sponsæ sunt illa Cant. 2. vers. 3. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi, & fructus ejus dulcis gutturi meo. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinavit in me Charitatem. Ardenter concupierat Sponsi umbram, concupitã fructu, sub ea jucundissimè sedet, & ejus fructibus famem levat. Hæc verba de suo veteri manna interpretantur Rabbinii. Melius de Eucharistia manna longè præstantiore interpretantur Psellus, Aponius, Rupertus, S. Bernardus Serm. 48. S. Anselmus, & S. Ambros. lib. 8. Epist. ad Irenæum & Serm. 19. in Psalm. 118. hoc enim Sacramentum umbra Christi est, quandoquidem sub panis vini que speciebus occultatur & obumbratur Deitas & Humanitas: quæ sacramentaliter susceptæ, palato nostro dulcissimi fructus sunt, famem P. Ildeph. de Flores in Eccles.

fitimque levantes. Effectus autem hujus suscepti cibi quis fuerit scire vultis? Audite Sponsæ verba ad Socias. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. Cellam vinariam, seu domum vini appellat Eucharisticum altare, ubi vino sanguinis Dominici potamur, & potatam se fateatur Sponsa; uti explicant Psellus, Rupertus, Nyssenus, Paschasius, Radbertus tract. de Euchar. cap. 11. S. Thomas Opusc. 58. cap. 30. Ibi ordinavit in me Charitatem. Græcè convivium, convivium epulas. Est enim eadem vox ἀγάπη, quæ apud nostrum Siracidem pro pulchra delectatione. Ego mater pulchri convivii, quasi idem omnino sit Eucharistia convivium, atque charitas & dilectio, non Dei solum in nos, sed nostra in Deum: quam ipse Eucharisticis epulis succendit in nobis ordinatè, intensè. Unde pro ordinavit Symmachus legit, coaccervavit, & Rabbinii, insignivit.

2086 Isaia se olim Deus præbuit spectandum super solium excelsum & elevatum cap. 6. Circumstabant Seraphini benè pennati, ardentis, & incensi, & in medio eorum altare ignis prunis plenum. Quid hoc? Spectrum quoddam divinissimum est Eucharistici altaris, & mysterii. Per visionem Isaia Propetæ (ait S. Justinus Martyr quæst. 44. ad Orthodoxos. Justin. xos) declaratum est Christi mysterium sedentis in solio gloriæ, & esu sua sancta carnis expiantis peccatum impiorum hominum. Carbo significationem habebat Dominicæ carnis. Consonat S. Jacobus in sua liturgia, S. Damasc. lib. 4. de Fide cap. 14. Theodoretus Castro; & multi alii Isaia expositores. Altare igitur prunis accensis plenum, altare est Eucharisticum corpore & sanguine Christi, quasi ignitis carbonibus, abundans. Carbonem vidit Isaia; (ait Damascenus) carbo autem non simplex lignum est, sed unicum igni; sic panis communis non panis simplex est, sed unicus inflammans, vinitati. Sed quorsum, dices, hic ignitus Carbo spectat? Ostendit idem Doctor: ut participatone divini ignis inardescamus, & desiccemur. Vel sola Eucharisticae prunæ umbra, & à longè ardor, potuit divino amore inflammare Isaia, imò & desiccare; ardore enim illius labii ignito carbone, clamavit: Ecce ego, mitte me. S. Basilus legit: Ecce ego sum, quod est proprium Dei attributum: Ego sum qui sum. Ecce sum ego (Basilus explicat) fiducia jam fretus quasi particeps illius essentia, seipsum annumerat is, qui in consortium venerant illius essentia.

2087 Sed ad Seraphinos accedamus. Non cælestis Hierarchiæ Seraphini sunt, sed novi in terris Seraphini; homines nempe Seraphici. Sic Bernardi fert exilimatio Serm. 3. in hoc Isaia caput: Nec mireris hominem Seraphim factum, &c. Ecce Rex noster novos in terra Angelos fabricaturus advenit, non qualescunque, sed Seraphim. Certè huc spectabat altare illud ante Christi conspectum candentibus, & flammigerantibus carbonibus: & huc præsertim spectat mensa Eucharistica, ut in ea, tanquam in camino ardenti, & lucis fabricentur Seraphini divino amore, ac pulchra dilectione aestuant. Seraphini enim perinde sunt atque ardentes, succensi, combusti, inflammati amoris incendio. Ut enim splendide Bernardus Serm. 19. in Cant. Seraphim, ipsa Charitas Deus in se adeo iraxit, A a a 2

Per illam Charitas ordinatur.

Delectio & convivium, convivium epulas.

Isaia viso circumstabant Seraphini benè pennati, ardentis, & incensi, & in medio eorum altare ignis prunis plenum.

Eucharistia pruna accensa inflammans, & desiccans.

S. Basilus.

S. Bern.

Per Eucharistiam novus in Ecclesia Seraphini.

S. Bern.